

1641 Hospiti divi | Claudi liberto | tabulario | Leonidiano, | Polybius lib. | et sibi fecit et suis | posterisque eorum.

Romae (VI 9060 vidit Henzen).

1642 dis manibus | Tettiae Soranae | coniugis optimae | et sanctissim. | Ti. Claudius Aug. lib. | Homerus tabular. | a rationib., permissu Manliae | Ariadnes quae ius in hoc mon. hab.¹

Romae (VI 8426 vidit Henzen). — 1) Quae ius in hoc monumento habet.

1643 diis manibus | Ti. Claudi Aug. l. | Dai | tabulari rationis | patrimoni | Caesarum, | vixit annis LIX, | Servilia Aphro | coniugi carissimo.

Olim in agro Capenate (XI 3885 Florentiae vidit Bormann exemplum fortasse recens lapidi incisum).

1644 dis mánibus | Euphémii Aug. | lib. tabulari, | Harmonia et Gymnas | filiæ piissimo patri, | Flavia Prima coniugi | fido et sibi | viváe fecerunt, | [et] Ianuario Aug. lib. | [t]abulário á patrimonio.

Polae, nunc Catai prope Patavium (V 41 cf. p. 1016 vidit Mommsen). — Alii tabularii Augusti memorantur in titulis Polensibus V 40. 42, cf. Hirschfeld Verw. p. 43 not. 4.

1645 d. m. | Epio Aug. lib., -tabular. | rat. heredit., fecit | Flavia Callisto | coniugi dulcissimo | benemerenti et sibi | posterisque eorum.

Albani in agro Romano (XIV 2262 saepius descripta saeculis superioribus).

1646 Aureliae Vitali coiungi fidelissimae, | rarissimae castitatis, Soter Augg. lib., | proximus tabular. | rationis patrim., | maritus | posuit.

Romae (VI 8508 aliquoties descripta saec. XV—XVII).

1647 structura cum munitura sartophagi (*sic*) Veturi | Felicis p. p.¹ suis impendis fecit Felix Aug. lib., | adiut. tabul. a rat.², qui sortitus est in contuberni. | suo Arriam Rusinam, quae fuit uxor eiusd. Vet. Felicis. | Locus concessus ab T. Aelio Asclepiodoto.

Romae, nunc Neapoli (VI 8429 vidit Mommsen). — 1) Primipilaris. — 2) Adiutor tabulariorum a rationibus.

1648 d. m. | Pii Caes. n. vern. | adiut. tabul. rat. | kastrens, qui vixit | ann. XXI mens. VI d. XV, | Euctemon fratri piuentissimo fecit.

Romae rep., nunc Aquis Sextiis (Gibert musée d'Aix n. 155 cf. Hirschfeld Verw. p. 199 not. 4).

1649 d. m. | Euangeli | Aug. lib. | adiut. tabular. | rat. privatar.¹

Romae (VI 8540 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) Sic Smetius; pars apographorum habet privatae.

1650 Hermeroti | Aug. lib. | praeposito tabular. | rationis castrensis, | fratri indulgentissim., | Ampliatus | Aug. lib. fecit.

Romae (VI 8528 saepius descripta saec. XVII/XVIII).